



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui de ministerio Ecclesiæ aliquid furati fuerint. lxxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

DE EXCOMMUNICA. DECR. LIB. XI. 212

vti unior virgis cæsus, tanti criminis reus, nunquam officium ecclesiasticum excipiat. Si vero iam ordinatus in hoc facinore fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate priuetur: cui sufficere potest pro actus sui leuitate, impleta pœnitentia satisfactione, sola communio.

De illis qui de ministerio Ecclesiae aliquid furati fuerint. Cap. LXV.

Si aliquis de ministerio Ecclesiae quolibet modo aliquid Ex pœnitentiali furatus fuerit, VII. annos pœnitieat.

De monachis si de furto infamati fuerint, quomodo se expurgare debeant. Cap. LXVI.

SAEpe contingit, vt in monasteriis monachorum furta Ex cœcil. perpetrentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres Vvorma. de talibus se expurgare debuerint, Missa ab abbe cele- cap. 10. bretur, vel ab aliquo præsentibus fratribus, & sic expleta Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus do- minis sit mihi ad probationem hodie.

De illis qui colonorum flagella defendunt

Caput LXVII.

Decreuit sancta synodus, vt episcopus ac ministri epi- Ex concil. scoporum pro criminibus colonos flagellare cum Elibertâ. virginis potestatem habeant, propter metum aliorum, vt ipsi cap. 9. criminosi corrigantur, vt vel inuiti pœnitentiam agant, ne aternaliter pereant. Si vero seniores ipsorum colonorum indigne tulerint, & aliquam vindictam exinde exercere voluerint, aut eisdem colonos ne distringantur defendere præsumperint, sciant se excommunicationis ecclæsiasticae sententia feriendos.

De episcopis qui apud Romanam sedem accusati fuerant, quod cum excommunicatis communica- rent. Caput LXVII.

Regno Cœradi piissimi & Christianissimi regis quinto, Ex cœcil. cœgregata est sancta generalis synodus apud Al- apud Al- theim in pago Rethia, præsente videlicet domini Ioan- theim ha- nis papæ apocrisiario sanctæ Ortësis Ecclesiae Petro vene- bito cui in tabili episcopo. Hoc quatenus aliquo modo diabolica semi terfuit na in nostris partibus exorta extirpare, & nefandissimas Coura- DD iiiii dus rex.